



Red

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii direttore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

EXEQVIAS SOLENNES

VIRI

GENEROSISSIMI ET PER-VENERABILIS

DN. FRIDERICI
CHRISTIANI
A REICHE,

POTENTISSIMO REGI MAGNÆ BRITANNIÆ, ET REL.

OLIM A LITERIS PVBLCIS

IN REGIMINE DVCATVS BREMENSIS,

ET ECCLESIE COLLEGIATE S. ALEX. EINBECCÆ

CANONICI ET VICARII PRINCIPIS,

QVI

POST MORBVM DIVTVRVM

TANDEM PERFECTISSIME ÆTERNITATI ADSERTVS,

ET ILFELDE VII. CAL. APRIL. MDCCXLVII.

DECENTER ELATVS EST,

PRO SVO

IN BEATE DEFVNCTVM

STVDIO ET CVLTV,

INQVE

EIVS ILLVSTREM DOMVM

REVERENTIA,

HOC MVNERE SVPREMO

COHONESTARE STVDENT

PÆDAGOGII ILFELDENSIS

PRÆCEPTORES PVBL. VNIVERSI,



NORDHVSE, TYPIS COELERIANIS.



Triste VIRI fatum præclari pandite , Musæ,
quæ dudum Hercyniæ saltus animatis apertæ
mansuetæ duros : ad lessum plectra paratæ.

Vestra en ! res agitur, cum Gens notissima vobis,
et propensa diu, damno jam moesta laborat.

REICHIADES moritur. Qualis coelo Hesperus ignes
non paucos superat , stellam sic morte cadentem,
sideramque domum minui splendore videtis.

Noctis et ingemitis, quæ nubes nobile sidus
texerit hoc (fatis sic visum) tempore longo
ante obitum, plane tamen haud distraxerit ante,
de vivo luctum quo mox præsumeret orbis.

Nunc rapitur: nunc spes potiundi cedit in umbram.

Dicite, quæso, tamen, qualem susceperit olim
vestra cohors puerum, doctrinaque fovit alma.

Ingenio, studio, concinnis moribus, annon
vos meministis adhuc? meminitque Ilfelda probatque.

Vidit præclare pergentem Julia, vidit
et patria et peregrina virum succrescere late

terra, Patris magni vestigia pulchra legentem,

Fratribus et similem generosis laude merenda,

Sic varia mactus virtute per atria REGIS

cognitus est juvenis: qualis, Rex inquit, in illo
olim nostrarum sita erit fiducia rerum !

Dixit, et admovit tam mascula pectora spartæ
non minimæ, donisque suis insigniter auxit.

Incipit egregio curare negotia nisu :

ut tirocinium miles novus acriter urget,
surgens in majora cito cum tempore et usu.

Hactenus ex voto. Sed quæ sit Musæ fat apta,

quæ referat graviter, fatali fidere quonam

sit percussa ejus sequior, frustrataque coeptis

pars potior pulchris? Morbo mens victa latente,

vinclaque passa, suo se tramite sensit abactam.
Numen adorandum, fortiris fata vicesque
pro lubitu, tua semper agit bene provida cura,
consiliumque tuum, quicquid sit, carpere iniquum:
At liceat querier: patitur sic publica causa,
ad majora virum natum de ponte retrudi
tam cito? Sed satis est: fileat dementia nostra!
nos doceas potius, dare te, te demere posse,
quicquid homo credit votis optabile cunctis,
nec tamen et male sic: uni tibi iusta potestas.
Alta velut pinus, cum coelum vertice tangit,
lata efflorescit, plus molis semper in annos
promittit: concussa fero radicitus Euro,
pendet ab exiguo modo stamine, prona ruinae:
adstant mirantes, quam sit protensa jacendo:
post ruit, atque dolent casum omnes, spemque requirunt.
Is FRIDERICVS erat, mundo monstratus ad instar,
vixque datus: queritur natae virtutis amator.
Quid tamen optares? vitam? cui seruiat agra?
mortem? sperandum, dum vel spiraverit aeger.
Optando certant homines, diversa volentes:
errorem dirimit, nodumque resolvit Olympus.
Morte cita mentis rumpuntur vincla ligata,
addunturque aë, quibus evolet aufugiatque,
quodque poli fuerat, remouetur ab artubus agris.
Spiritus altus abit, miraturque ipse recessu,
arumnisque suis mox liber gestit ovarque.
Ut leo per foveam cum decidit insidiantem,
vincula vix recipit fertque: eluctatus at inde,
cum sua collegit totus iam robora, gaudet
exultatque: animus REICHI sic emicat alte.
O utinam vero (liceat vel questus inanis)
longius in tempus FRATRVM pia vota tenerent,
tam carum caput, et simili gaudere liceret,
splendorique domus humeros qui subderet æquos!

Editis hos gemitus, FRATRVM generosa propago:
si fatum flecti posset, quot secla parari
censetis DIVO? perpaucos, nonne fat, annos?
Longa at enim series annorum nectitur illi
jam nunc: Vestra prior præsumit præmia spemque.
Parcite jam lacrymis, Fratris vos gaudia vincant;
fit lætum, coelo numerum nunc crescere vestrum.
Nobis pro Vobis fumant altaria semper:
cedimus at summæ legi: cedatis et ipsi,
Quos magis exiguum in numerum Libitina redegit,
pergite eo gravius summis incumbere factis,
auctibus egregium decus accumulando stupendis,
atque placete magis REGI cum laude magisque.
Sat factum Ilfeldæ bene, Vobis sponte benignis:
plus sperat, studium sic vestrum immobile sensit.
Quid referat pietas Vobis proba nostra vicissim?
Det Deus, ut longos satis hic sit casus in annos,
humanumque nihil turbet tam grandia corda,
fortunamque gravi meritorum pondere partam.
Nobis semper erunt sanctissima nomina tanta.
Accipe, Tu FRIDERICE beate, quod instar honoris
supremi nostris tabulis et mente notatum:

REICHIADES

jacet hic,
patrios effusus ad artes,
quem dotes, genus & studium præclara merendi
virtuti dederant:
connixum fervide
abegit
virtuti infestus morbus;
functoque superstes
quam meruit, meriturus erat quoque;
fama perennis.



78 M 428


Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



56.

1077

RHD



EXEQVIAS SOLENNES

VIRI

GENEROSISSIMI ET PER-VENERABILIS

DN. FRIDERICI
CHRISTIANI
A REICHE,

POTENTISSIMO REGI MAGNÆ BRITANNIÆ, ET REL.

LIM A LITERIS PVBLICIS
MINE DVCATVS BREMENSIS,
COLLEGIATÆ S. ALEX. EINBECCÆ
ICI ET VICARII PRINCIPIS,

QVI
POST MORBVM DIVTVRNV
PECTISSIMÆ ÆTERNITATI ADSERTVS,
LDÆ VII. CAL. APRIL. MDCCXLVII.
DECENTER ELATVS EST,
PRO SVO

ATE DEFVNCTVM
STVDIO ET CVLTV,
INQVE
LLVSTREM DOMVM

REVERENTIA,
OC MVNERE SVPREMO
COHONESTARE STVDENT
GOGII ILFELDENSIS
TORES PVBL. VNIVERSI,



DHVSÆ, TYPIS COELERIANIS.

